




UNIVERSITÉ DE PARIS

DISCOURS ET VERS

BIBLIOTHÈQUE
DE
L'UNIVERSITÉ





UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE
13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote

U 59-2 in-4

1153802526




Table


des ouvrages


Contenus dans ce volume.

1° Carvet (Guillelmus)	Sancti D. G. de Lamoignon de Imperatoria quidem in principem denatus Galliarum promotione. 11 Jan. 1683.
2° Bersan (M. A.)	Sereniss. principi Eurenno, Epitaphium.
3° Cavernier. (N)	Oratio funebrius, habita 13 8 ^e 1683 cum Academ. dar. in aede R. N. Ch. Reginae Mariae Theresiae, austriacae.
4° Fencardent.	Eloge du Roi en vers français 1689.
5° Rollin (Car.)	ad ill. Vir. F. M. Le Cellier, marchio de Louvois, cum ejus filius C. de Louvois, Carmen.
6° Bosquillon.	A. M. le M. de Louvois à l'occasion d'un exercice public fait sur les Ecuyelles de Chevrete par M. l'abbé de Louvois. Imitation du latin de Ch. Rollin.
7° Rollin (Car.)	M. abb. C. Le Cellier de Louvois, cum theses philosoph. in colleg. Nazarii tueretur. an. 1692. 9 Cal. 7bris Carmen.
8° Bosquillon	A. M. l'abbé de Louvois, sur la thèse qu'il dedie au Roi. Imitation des Vers latins de Ch. Rollin.
9° Billel (Petrus)	Sophia ad Artes et artes ad Sophiam. Quum C. L. Colbert de Seignelai theses de universa philosophia tueretur in doct. Senae. Calend. Aug. an. 1705. Ode
10° Guerin (Fr.)	Musam historiae praesidem. cum C. Coffin. L. Ode. 27 8bris 1710.
11°	Joas, tragedia, pour être représentée au collège d'Harcourt. (Imitation d'Alhalie de Racine)
12° Marin (Lud.)	Ad Joannem Boerinum. Epistola de Festivo. Carmen.
13° Guerin (Fr.)	Carmen, cum... Ludovico XV gratularetur publica oratione Crevier. (S. B. L.)
14° Doree (Car.)	Theatrum sit ne, vel esse possit schola informandis moribus idonea Oratio, habita die 13 martii 1733 in Reg. L. Magni Coll. S. J.
15° Marin (L.)	Regi ob restitutam Valetudinem Ode
16° Les Beuv (Ch)	In restitutam regi Valetudinem. Oratio gratulatoria habita 3. Xbris 1744.
17° Vanvilliers (J)	Ludovico, victori moderato, Oratio habita 4 nonas Octob. 1745.
18° Le Beau (J. L.)	De pace, oratio gratulatoria. habita die 27 feb. an. 1746.

- 19 Le Beau (Ch) De pace. Oratio gratulatoria habita an. 1763.
- 20 Louvel (Nic) De legum et litterarum conjunctione oratio, habita an. 1763.
- 21 Noël Ode sur la naissance de M^{le} le Dauphin.
- 22 Marin. Gamad. Epître aux français, sur la naissance de Dauphin.
- 23 Fresnois (J.B) In ortum sereniss. Delphini somnium.
- 24 Hanquet In ortum serenissimi Delphini Ode.
- 25 Richard (N.) Vers sur la naissance de M^{le} le Dauphin adressés à la reine.
- 26 Sélis. Le prince désiré - conte de fées - présenté à la reine à l'occasion de la naissance du Dauphin.
27. Chivod (M.A.F) Oratio in recentem ortum S. D. habita nomine Univers. in exter. Sorbonae Scholis. 7 Januarii 1782.
- 28 Riquier. (J.F.) Ad Reginam infelicissimum S. Delphini ortum. Carmen.
- 29 Ode sur la naissance de M^{re} le Dauphin par un étudiant de 19 ans.
30. In ortum sereniss. Delphini Carmen.
31. Pour la distribution solennelle des prix du collège de Chalons. Exercices franç. pour le 26 Août 1766.
32. Exercice pour la distribution des prix par les écoliers de seconde du collège de Chalons. 24 Août 1768.







I N O R T U M
S E R E N I S S I M I
D E L P H I N I,
C A R M E N.

STABAT terra filens, si lucis fortè sub auras
Mascula prodiret soboles, quæ Sanguine digna
BORBONIDUM, validâ tractaret Gallica quondam
Sceptra manu, & patriâ populos virtute bearet.
Jupiter, haud tanto cessans discrimine rerum,
Concilium immortale vocat. Mora nulla, Tonantis
Tecta petunt Superi. Placido sic Jupiter ore:
Cœlicolæ nostri columenque & gloria regni,



Nostis ut antè alias mihi sit carissima gentes
 Gallia. Nunc Gallis dignum Jove mittere munus
 Mecum animo statui. Princeps bonus omnia vincit
 Munera. Nil Cœlo meliùs demittitur orbi.
 Junxerat ira Deos quondam, cum crimina terræ
 Ulturi, fociâ Pandoram finximus arte,
 Et nostris manibus, donum fatale, puella
 Exiit importans genti mala digna nefandæ.
 Jam nos jungat amor. Felici fœdere Divos
 Conspirare juvet, Regemque effingere terris,
 Qui lætas referat Saturnia regna per urbes.
 Ergò agite; ecce P U E R, Gallis spes altera regni,
 Surgit. In hunc meliùs cumulentur munera Divûm.
 Tot Regum soboles, Regum, Pater ipse, daturus
 Progeniem longam, Divûm quoque crescat alumnus.
 Jam tu prima, Venus, pueriles lumine vultus
 Imbue purpureo. Quantum supereminet omnes
 Imperio, tantum præstanti corpore vincat
 Mortales alios; Regum decet ora venustas.
 Ora Venus tantum; curabit pectora Mavors.
 Marte P U E R duram discat tolerare magistro
 Militiam; audaces animos fastusque tumentes
 Conterat Anglorum victor, sævumque tridentem
 Excutiens manibus, Neptuni vincula solvat.
 At cæcum timeo Martem, qui semper in arma
 Præcipitans, oculos lacrymis & sanguine pascit,
 Ni, Pallas, Martis rabidos moderêre furores.
 Jam nunc, exosus bellum laurosque cruentas,
 Arma manu rapiet, gravibus sed ut arma tyrannis
 Eripiat, latèque orbi victricibus armis

Lætitiā & pacem cum libertate reducat,
Æternoque omnes conjungat fœdere terras.

Tu donec liceat sublimi dicere cantu
Facta viri, (vir digna Deo præcone parabit)
Phœbe, reges PUERUM noti per culmina montis,
Colloquioque dabis faciles cognoscere Musas.
Arma inter quanquàm natus bellicque procellas,
Pacis amans, Musas agnoscet pacis amantes.

AST ego Regalem PUERUM regnare docebo.
Talia dicenti fremitu assensêre secundo
Cœlicolæ, tantoque operi sese addere certant.
Fit fragor in terris; jam non horrenda per urbes
Optato latè reboant tormenta tumultu,
Nascentemque canunt PUERUM, natumque salutant.
Maternos iterùm felix ANTONIA sensus
Induit auspicio meliori. En limina vitæ
Parvulus ingreditur LODOIX, pars maxima gentis.
Tunc amor erumpens, imoque in corde teneri
Lætitiā indocilis, Populi se promit in ora
Mille modis. Omnis cessat labor, undique fervent
Gaudia. Nec lætum fugiens finire valebis,
Phœbe, diem. Ille tibi lucebit, Phœbe, superstes.
Æmulus ardet amor. Superas se tollit ad auras
Flamma volans, varioque petit pallentia lusu
Sidera. Sideribus jam nunc contendere Cœlo
Audet terra suis, Cœlumque Lutetia vincit.
Non hos DELPHINUS, Galli, sibi poscit honores.
Vos pugnate viri, vestris benè-credita dextris.

Fulmina jam torquete, gravique imponite finem,
 Victores, bello; prostratis hostibus, arma
 Abjicere, arma nimis multo fatiata cruore,
 Jam tandem possit LODOIX. Sed quid nova Cælo
 Damnati votis, curamus fundere vota?
 Pars tandem vicit melior; victisque Britannis
 Una salus superest, Gallos orare salutem.

Typis mandetur aîo Reçtor, die Jan. sextâ 1782. CHARBONNET.

Ex Typographiâ Viduæ THIBOUST, Regis, nec - non
 Academiae Typographi, in Plateâ Cameracensi, 1782.

A. Bollet.